



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

3. Decreta huiusmodi ad conditionatæ futuritionis contingentium statum
ex scriptura reiiciuntur.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

& de Pintiana Moguina, Hyperbolensi Ligurina Gra-
hanti, & aliis à nobis stare ostendit Paulus Leonard. 3. p.
reposit. section. 6. de Valentia totam illam eorum in res
fines aduocans. Idem reitatur Borull. sect. vltim.
n. 370. citans eius praeceptos Magistros Ludouicum Crepsi
Primarium Episcop. Oriolent. postea Piacentinum Lect.
de auxiliis & de Scient. & de praedestinat. Iosephum Verge
Primarium lecturam huius & Melchiorum Iulter. tract.
culo de volunt. Dei numero 383. Bonauent. Querau.
Chrysolom. Reyo & Ca. eius lectura de scientia.

4. Nec defunt nobis ex sacris Religionibus omnibus
auxiliares Doctores eorum praecepti. ex ordine Benedi-
ctino Caramuel Theol. 6. fundament. Theolog. à folio.
27. conclud. 2. & 3. quibus Physicas praedeterminationes
& praedeterminationes, diuinas circa contingentia, tum condi-
tionata, tum absoluta aucturatur; licet aliunde Scientiam
nostram mediam reiciat; ex Giffertien. S. Bernardi Or-
din. nobis consentiunt Petrus à S. Ioseph. inter Pacificen-
ses, Angelus Marique, inter Salamanticos; Lorca inter
Complutenses reian. item Eustachius à S. Paulo 2.
p. summ. philof. tract. 2. d. 1. quaestione 3. §. Verum
liber Chrysolom. Cauerus Primarius tandem Complut.
Professor tractat. 2. Physicor. d. 4. numero 9. ex Domini-
cana familia illi in primis Primores, quos ab impostura
oppositae sententiae per suos liberauimus certam. 1. nu-
merandi sunt, alique ibidem contra decreta, & con-
tra certam Dei scientiam conditionatorum tam ibi
quam d. 5. recensiti; & quod caput est S. Thom. locis
apertissimis recitandis controuersi. 3. docens expresse
causas creatas secundas liberas, nullatenus determina-
ri à causa vlt. superiori ad suos liberos effectus; quod,
& quia universale est ad conditionatos etiam effectus ex-
tenditur; & quia tam generalis conclusio, quam ratio-
nes, quibus illud probat. de absolute futuris liberis ef-
fectibus (qui dubio procul ratione absolute existentia
ad Dei praedeterminationes absolutas, quam conditionatas ap-
parentius videntur habere) potiori iure in conditionatis
solum debent tenere. Addendi etiam eodem titulo sunt
Magister Generalis Delphinus; vnus è Tridentinis Pa-
tribus 5. de iusticia. §. de multiplici gratia Dei pag.
205. & de multiplici gratia Dei pag. 14. vbi omnem
Dei praedeterminationem ad actus nostros liberos auctu-
ratur, & tandem Ledesma de auxiliis pag. 7. pro no-
stra hac sententia refert Capreolum, & Cauerum.

5. Ex amplissima Seraphici Francisci familia Hugo
Casselas lib. 2. d. 37. quaestione. 2. scholastic. ante solutio-
nem pro hac eadem Sentent. referens Ballol. Tartaret.
Angles. maior. & 1. Sent. d. 39. quaest. 5. in Scholio post
num. 22. §. quantum ad secundum. Vegam. & tom. 31.
eunt. Lugdunensi. in tract. Secti de primo principio cap.
4. conclud. 4. numero. 8. Scholio 3. & in eius supplemen-
to ad quaest. de anima d. 3. section. 14. scotum pro nobis
ostendit; atque alibi saepe. Philip. Faber in 1. Sentent.
d. 39. d. 54. cap. 4. num. 37. cap. 5. num. 47. & 49. Hieronymi.
Tamarit à Tamarit Morib. Theolog. tract. de Scient. qu. 2.
Merisse tom. 2. metaph. cap. 3. p. 5. qu. 3. ante 1. Concl.
etiam praeterea Calpenlem tom. 1. tract. de Scient. d. 6.
sect. 6. Ludouic. à dola d. quadripart. p. 1. cap. 3. num. 8.
§. Hac enim praesupposita. Cartheg. discursu 9. de Prae-
dest. d. 4. pag. 281. & d. 10. dub. 2. pag. 337. dat item no-
bis Ledesma cit. pag. 7. Alenem, Bonauent. Marfil. Ga-
briel Gregorium Henricum: item Smiling. tract. 3. de
Deo no. d. 2. quaest. 4. num. 69. apud Pasqualigum infra
sect. 4. numero. 29. de absolutis contingentibus futuris lo-
quens licet de hoc apud eundem d. 26. sect. 2. num. 12. in
oppositum referatur ex quaest. 5. num. 139. Ex Augustiniana
familia praeter citatos Salamanticos, & Complutenses An-
tonio. Corneo. Basil. Mendoza. Marquez. Albiz Professo-
re Ioannes Puteanus Primarius Tolozanae Academiae,
Gabriel Femeras Canon. Regular. S. Aug. propugnaculo
suum. lib. 3. cap. 28. & 29. & 30. Celsitimus Brunus in
quaest. libero d. 13. de Scient. §. 8. Ex Carmelo Calcearo
hanc peruenit doctrinam, & subtilissimam, Gilius
Complutensis Primarius etiam Complut. Benauides, atque
vno verbo reliqui ex sacro hoc ordine, qui ante trigin-
ta annos, vel Complut. vel Toleti scolasticam Theo-
logiam docuerunt tractat. de Scient. praedest. volunt. au-
xiis, quos vidimus, & audimus, capiti & reliqui eius
ordinis Magistri in Regali suo Conuentu Valentino ad
Chryso. de Origen. de Deo Vno, Tomas I.

hac usque tempora oculato, & aurito teste Borull. cit.
d. 5. sect. vltim. num. 372. fine. Ex ordine Beate Mariae de
Mercede Zumel supra: Ex ordine Sancti. T. init. Anton.
Alo. Lectura de Scient. Dei, ac reliqui eius orales apud
Hispanos Theolog. Professores si vnus excipias qui no-
uem retro annis; & à se & à suis non à Theologica ratio-
ne sed politica causa deficientes à Scientia media defecit;
ad quam tandem ratione cogente iam rediit. Ex ordine S.
Francisci de Paula Durullas in Dialectico Theca lib. 2.
c. 8. titulo Aliqua argumenta, & titulo quomodo sent. si-
mul. §. Amplius probatur, & titulo soluitur quodam. §. in-
fertur random. Marinus Merlennus in 1. Genes. v. 1. art. 5.
obi. 10. & 17. Claudius Rangolius in 1. Reg. c. 13. ver. 4.
tit. quomodo intelligendus sit. §. Ex his sequitur. & §. His
ita explicatis, & vlt. semel dicam, in nostra Hispania Omnes
huius Ordinis Magistri, quod ipsum de reliquis eius
vbiuis gentium professoribus reor: ex Patribus Clericis
Minoribus Raphael Aueria Praepos. Gener. 1. 2. quaest. 10.
de libert. volunt. sect. 2. argum. 5. sect. 3. §. in hac re & Ser-
uitis Balonius de praedest. cap. 8. Ex Clericis Zacharias
Pasqualig. tom. 1. suae Theologiae d. 25. sect. 4. conclud. 1.
licet in vtramque partem claudicare videatur d. 26. à
sect. 2.

6. Denique ex saecularibus Doctores praeter cita-
tos dum Viues detegeremus imposturas Illustr. D. Ferdi-
nand. Mascareñas Algab. Episc. general. apud Lusitan.
fidei quaestor de auxili. d. 12. p. 3. n. 23. p. 4. num. 27. d. 3.
p. 4. num. 6. Illustr. etiam Diota Leuins Episcop. S. Angeli
Legatus à Lacer Poloniae sub Paulo V. opuscul. 2. de Scient.
condit. c. 5. probat. 3. & 4. Pefanuis Romanus Eques in
vtrouque iure, & Theologia Doctor. 1. p. quaest. 14. art. 13.
d. 5. conclud. 4. & 5. & quaest. 23. art. 5. d. 7. & 1. 2. quaest.
111. ar. 5. ad 4. notab. 2. Gundialu. Sanchez, Lucero dis-
cursu de Concep. cap. 5. Thomas Pius 1. p. quaestione 14.
art. 13. dub. 3. numero 5. dub. 4. numer. etiam 5. Eugen.
Philadelphus exerciti. Scholast. tripartita cap. 1. coroll. 36.
cap. 3. §. 8. verum quid quod dicitur: Illustr. D. Ioannes
Iannis de Echallas Calaguritan. Episc. tract. 6. Log. d. 32.
cap. 3. num. 27. Quibus adde ex antiquioribus Abulensem
& Valdenscm teste Zumel tom. 5. variat. d. 5. section. 1.
Philiscum & Camerarium teste Herrera tom. 1. in 1.
Sentent. d. 24. quaest. vnic. Pyghium, Mozius, Syrenium
Sadoleum, Cordubensem & Vegam teste Ledesma citata
pag. 7. de auxiliis.

CERTAMEN III.

Decreta eiusmodi ad conditionate futu-
ritatis contingentium statum ex
Scriptura reiciuntur.

1. Decreta haec ad conditionatam contingentium fu-
turationem stabilendam reici ex eis omnibus
scripturae locis possent, quibus absoluta nostrorum actio-
num electio; & determinatio & potestas ad eas apponen-
das, indifferens, dominium in arbitrio nostro aliterur: si
enim ante conditionatum consensum nostrum efficaciter
decretum, praefinitumque à Deo est, quid in quavis rerum
peristat, & suppositione possibili prosequendum, agen-
dumque à nobis sit: cum ea praefinitio purificata condi-
tione, vel in absolutam transeat, vel absolutam aliam nec-
essario, & inuitabiliter inducat, cum qua, nec potestas
indifferens, & dominium arbitrii nostri erga actiones suas,
nec nostra item electio, ac determinatio ad eas appo-
nendas queat consistere, aperte ex eis locis scripturae de-
creta haec conditionata ex parte obiecti, & absoluta ex
parte actus conditionatam nostrorum actuum liberorum
futurationem cauantia, & necessario praecedentia, consti-
tuntur: eis tamen nunc recitandis, expendendisque merito
ablinemus, quia opportunius controu. 3. contra necessita-
tem eorum decretorum omnino, tam ex parte actus, quam
obiecti absolutorum (contra quae ea Scripturae loca di-
recto decernant) ad absolutam contingentium futurationem,
ex eis locis pugnamus.

2. Reicienda ergo sunt decreta eiusmodi subiective
absolutae

absoluta, & obiectivè conditionata è celebri illo loco Match. 11. & Lucæ 10. *Vt tibi Corozain, vt tibi Bethsaida quia si in Tyro & Sydone facta essent virtutes, quæ in te facta sunt, olim in cilicio & cinere penitentiam egissent: vbi Christus iuste, & prudenter exprobat incredulitatem, & impenitentiam Iudeorum absolutam: quare sub eisdem virtutibus, & principiis ad illam absolutè datis, sub quibus, si darentur, Gentilium illorum fides, & penitentia conditionate foret; atqui, si conditionatum obiectivè, & absolutum subiectivè decretum ad statum conditionatum fidei, & penitentiae (& idem est si requiratur decretum absolutum omnino ad statum futuritionis absolutæ) necessarium sit, ea exprobratio Iudeis facta ex comparatione, & exemplo Tyriorum, nec sub eisdem principiis, ac proinde, nec iusta, nec prudens, sed ridicula, illusoria, & iniusta foret; ergo cuiusmodi decreta conditionata obiectivè, & absoluta subiectivè ad statum conditionatum fidei, & penitentiae Tyriorum, & consequenter reliquorum contingentium, (& idem est de decretis omnino absolutis ad contingentium absolutam futuritionem) minimè requiruntur; quod Christi exprobratio Iudeis facta comparatione, & exemplo Tyriorum iusta & prudens fuerit, nemo, non hæreticè blasphemus, negare potest: quod autem inde inferatur debere esse ab exemplo, & comparatione fidei, & penitentiae Tyriorum conditionatæ sub hypothese eorundem omnino signorum, & principiorum, quæ absolutè data sunt Iudeis illis, qui nec crediderunt, nec penitentiam egerunt, probatur primò ex Aristotele cap. 6. Ethic. & lib. 3. Topicor. c. 3. & lib. 6. aiente argumentum omne à comparatione, & exemplo vim, tunc solum, habere, vbi cætera quæ à voluntate non pendunt, paria omnino ad eius usum apponuntur.*

3. Id quod exemplis variis facili ostenditur imprudenter enim, & iniquè reprehendas seruum, qui pecunia pauciore non tantum mercium tibi emerit, quantum alius tibi multo longè maiore pecunia comparavit. Ducem item, qui æque potentem inimicum exiguis copiis non prostravit, quem dux alius multis valde copiis disticet: denique quod te non æquè amet, ac tibi minus subleuiat alius eo, in quem omnia benevolentiae tuæ signa contulisti, maioribusque longè beneficiis, & honoribus cumulasti. Præsto enim obiurgationibus tuis respondebit: alteri plus pecuniae ad negotiationem, plures item copias ad pugnam, ampliora item annis signa, pignora & beneficia, te ipso fatente, collata à te fuisse: quare, non nisi per summam imprudentiam, imò impudentiam, & iniuriam, sibi à te exprobari, quod tantundem, atque alij, siue in negotiatione, siue in bello, siue in obsequiis tibi non præstitit: quoniam in iudicio illo seruorum, quibus Rex talenta, & Minas ad negotiationem fuit imperitus, Lucæ 19. à num. 13. & Matth. 25. num. 15. videas proportionem seruata ad ea, quæ acceperant, bonum eorum usum exactum esse: neque ignauum vnius talenti seruum, quod non tantundem, atque illi, qui quinque aut decem acceperant lucratum esset; sed quod nihil omnino negotiatus fuerat, fuisse damnatum, vt prudens, & iustum (vt oportebat) iudicium foret.

4. Inde verò prona est minoris discessu illo subsumpta probatio: etenim, si decretum subiectivè absolutum, & obiectivè conditionatum ad fidei, & penitentiae statum conditionatum requiratur: vtrique decretum conditionatum ex parte obiecti, & subiectivè absolutum de Tyriorum fide sub eis signis, & virtutibus adiuic; imò, si ad futuritionem earum absolutam decretum omnino absolutum necessarium sit, vt sub conditione illæ futuræ sint, decretum etiam hoc in hypothese apponi debet cum signis, & virtutibus, quæ in illa hypothese à Christo exprimitur, & tamen reticetur nec pro conditione à Christo Domino cum reliquis apponuntur: in quo delusoria, fallax, & deceptoria ea obiurgatio (iuxta horum Thomistarum Recensium sententiam) deprehenditur: quia id solum, in quo Tyrij credituri, actusque penitentiam paria Iudeis incredulis, & impenitentibus à Deo reciperent exprimitur, decreta verò, quæ ipsi, non autem Iudeis, adiuerunt, quibusque necessario credidit illi, & acturi penitentiam erant, & sine quibus in pullo statim, iuxta Thomistas, crederent, penitentiamque agerent consulto in obiurgatione illa, & capiose re-

ticerent, ne expeditam, promptamque habeant Iudæi obiurgati excusationem, atque reprehensionis impietatis & iniquitatis delegatam. His enim decretis admittis, & statuti proclue erat ita reprehensorem redarguere, quoniam (rogamus,) Tyriis deteriores duriorisque sumus: an, quod illi sub his signis conditionate crederent, eoque peccasse poneretur: & nos etiam conditionate crederemus, deberemusque de peccatis, si absolutum subiectivè decretum, & conditionatum obiectivè fidei, & penitentiae nostræ sub eis signis, & virtutibus, & decretum omnino absolutum in hypothese haberemus, sicut illi habuerunt: an, quod positus absolute eis virtutibus, & signis tantum, absolute, nec credidimus, nec doluimus: sed, neque illi, eis tantum absolute positus, crederent, ac de peccatis dolerent, nisi decretum omnino absolutum adesset: quod si nobis adfuisse, vtrique credidissimus, ac de nostris doluissimus peccatis: qua ergo fronte, aequitate, quæ ratione, & iure quasi deteriores illi in virtutum, & signorum abusu à te reprehendimus, atque illi ob meliorem eorundem signorum ad fidem, & penitentiam præ nobis usum laudamus, quibus sane si decreta illa sicut nobis desunt, defuissent, ne pro statu quidem conditionato, fidem aut penitentiam sub eisdem signis haberent, neque absolutam, etsi ea tantum signa absolute exhiberentur.

5. Hoc argumento ita ferè à controuersiæ de auxiliis, & Scientia media initio Thomistæ iuniores vexati sunt, vt multa effugia incassum tentarint. Respondent primò obiurgatos à Christo Iudeos comparatione Tyriorum non ob fidei, & penitentiae defectum, in illis, & eorum in his conditionatam futuritionem, sed ob maiorem in illis facilitatem, & in his ad concipiendas eas duritiem maiorem: sed certe Christi Domini verba non de maiori, aut minori aliorum præ aliis, aut duritie, aut facilitate, quasi in actu solum primo, ad fidem & penitentiam, sed de fide & penitentia in actu secundo Tyriorum, & de actuali impenitentia Iudeorum sunt, quam ibi Dominus reprehendit, cuique proinde fides, & penitentia opponenda erat. Atque id quidem expressè certus allerit, vt Patres plures dixerint. *Nunquid possumus dicere* (verba Augustini sunt 9. de dono persever.) *etiam Tyriis, & Sydoniorum talibus apud se (qualibus apud Iudeos) virtutibus factis credere noluisse, aut credituros non fuisse: cum ipse Dominus attestet, quod acturi essent magna humilitatis penitentiam?* Secundo: vbi nam maiori, aut minori duritie, & obstinationi, vel facilitati locus est ad fidem, & penitentiam siue absolute siue conditionate concipiendam decreta hæc Thomistica adiutantur: siquidem nemo est, qui posito decreto subiectivè absoluto, & conditionato obiectivè confensus conditionate non sit requisitis reliquis in hypothese positus nec qui posito decreto absoluto, & purificatis reliquis requisitis, non sit absolute confensus: contra verò nemo est, qui eis decretis sublati, sit vel conditionate confensus, vel absolute. Denique maior hæc Iudeorum durities, minorque facilitas ad fidem, & penitentiam, quam Tyriorum alias, quam ex euentu an consentiri possit: pro fusignoro. Maior quippe durities, minorque facilitas ad penitentiam, & fidem reprehensibilis ex maiori hominum in vitiis, fidei, & penitentiae magis aduersis implicatione, & adhesionem stare solet. Tyrij autem, & idololatria erat maxime dediti (quæ fidei in primis aduersatur) libidini prostituta, & effræni (quæ in masculos etiam præcepia iter) assueti: quæ sane consuetudo, vel maxime, corda ad penitentiam induravit. Ac tandem magis artes, & venustia vtrique (fidei scilicet, & penitentiae) repugnancia commune, & frequens Tyriorum, & Sidoniorum vitium fuit: vbi ergo maior Iudeorum habitus, & in actu primo ad fidem, & penitentiam præ illis durities, & facilitas minor: in quibus nec tam perdit mores, nec idololatria; sed fides potius legis, quæ Christum ita præmutabat, vt ferè digito ostenderet:

6. His ipsis argumentis præclusa manet secunda solutio, quam ex Ledesma, Alvarez, & aliis adhibet, qui omnia miscet, ac mouet Ioan. à S. Th. d. 20. art. 5. scilicet increpari Iudeos, comparatione Tyriorum, quia sufficientibus auxiliis abutentes impedimentum apposuere gratiæ, & decreto efficaci Dei de sua fide, & conuersione: sed certe, si decretum, & gratia Dei efficiat de sua fide, & conuersione ab impietate prærequirit

tantur ad penitentiam, fidem, ac quemlibet alium consensum nostrum, auxilium sufficiens non est, cuius esse in nobis abusus possit: neque fieri potest, ut decretum de fide, & conversione impediatur per eandem omissionem, ut ostendimus controuers. 3. ac non habito decreto Dei omissionum earum, in quo eadem instantur difficultas: solum ergo abusus sufficientium auxiliorum antea, quibus se indigniores Tyris reddiderant Iudæi, diuini decretis sue conuersionis, & fidei eorum impedimentum esse potuit, iuxta hanc solutionem, quæ eisdem quibus prima confutatur. Primo, quia est contra Textum, in quo non peccata, & abusus sufficientium auxiliorum, quibus se antea indigniores Tyris reddiderant Iudæi, sed fidei, & penitentiae omisso reprehenditur. Secundo indignitas ob abusum auxiliorum sufficientium per antea grauiora, & frequentiora peccata Tyris, quam Iudæis, maior erat, ut vidimus. Tercio, etsi maior in Iudæis esset, nec de ea ex comparatione ad Tyrios poterant reprehendi cum maioris sui abusus auxilio, non sufficientium per antea grauiora, & frequentiora peccata, & omnia, & singula eandem exultationem haberent: quod, scilicet, Tyris quæ ipsi deseruerunt decreta adfuerunt, utramque solutionem his fere in Luitio Caluinita reuertitur Annatus noster d. 1. defen. scientia media.

7. Respondent tertio apud Borrull. d. 6. sect. 2. n. 37. Reprehensionem quidem fuisse ob defectum fidei, & penitentiae actualis Iudæorum sub eisdem signis, sub quibus essent illi in Tyris, si hæc eis exhiberentur: sed tamen non fieri comparationem relate ad principia interna, saltem ad decreta Dei: sed in primis: cum externa signa fidei non sint ad penitentiam, & fidem, ut contra Pelagianos statuunt Augustinus, Prosper, & reliqui Patres, & Concilia, inepta esset reprehensio: quod non haberent sub externis solum fidei, & penitentiam, quam nec ipsi sub eis solum habere poterant, nec Tyris etiam essent, si eis exhiberentur solum, habituri, quorum, comparatione reprehenderentur. Secundo, etsi addant principia fidei, & penitentiae interna (decretis necessario prærequiritis ad illas in horum sententia exceptis) est adhuc inæqualitas in his, quæ ex parte principij daret, imo dedit, ad statum conditionatum de facto Deus Tyris cum eis signis & virtutibus: quæ tamen Iudæis non dedit: ita respondentes non nominant Borrull. æstimant autem eos esse Abeldan. 1. p. d. 43. num. 80. Franciscum Faxit de scient. c. 6. diff. 2. & Ioann. ad S. Thom. art. citat. 5. dicentes, cum eis signis habuissent Iudæos auxilium sufficiens, licet decreta Dei non habuerint: in eis autem habuissent posse, & potestatem absolutam ad fidem, & penitentiam, quibus abusus proinde fuit in omissione fidei, & penitentiae, possuntque reprehendi, non solum absolute, sed comparative ad Tyrios, qui insuper fidei, & penitentiae sue conditionate decretum absolutum subiectione, & conditionatum obiectione habebant, & in hypothesi cum signis, & virtutibus decretum de absoluta earum futuritione, & efficax de se auxilium ad ipsas: iuste autem in iudicio damnabuntur omnium sententia, qui sufficientibus abusus fuerint, etiam comparatione eorum, qui habuerunt efficacia auxilia, quibus bene sunt operati: imo comparatione Apostolorum Beatissimæ Virginis, & Christi Domini.

8. Verum licet etiam explicata solutio, nullatenus difficultatem emoluit. Et primo, si decretum, aut auxilium absolute efficax prærequiritur ad fidem penitentiam, aliudne actum liberum non dari in eo, cui illa desunt, auxilium sufficiens, certum mihi est, ut suis locis aliis omnibus ostendimus: quare, neque potestas Iudæis, quibus decreta illa deseruerunt, sine pro ita conditionato, siue pro absoluto ad fidem, & penitentiam esse vquam potuit, Secundo: licet in nostra opinione, quæ prærequirit decreta, & auxilia de se efficacia non admittit, sed solum ex bono vbi voluntatis iuste damnetur mali ob præuam sufficientium auxiliorum vsum: in aduersariarum vero sententia, cum auxilia sufficientia reipsa in peccatoribus non sint, nescio quo pacto ob eorum abusum possint in iudicio damnari, ac reprehendi: sed esto: sint in eis, etiam in aduersariarum doctrina auxilia sufficientia, & absolute potestas ad fidem, & penitentiam atque vniuersim ad non peccandum: si tunc proinde in illis eius auxilia, & potestas abusus reprehensibilis absolute iniusto Dei Iudicio: si vero comparative ad iustos Beatissimam Vir-

ginem, & Christum Dominum, quibus decreta, & auxilia efficacia de se connexa, & inseparabilia à fide, & virtutibus ex parte principij adfuerunt, quo pacto damnari & reprehendi iure possint, non video, quin excusationem præstatam in promptu habeant, & iustissimam reprehensionis comparatiuæ querelam! Obiciuntur quidem sancti Apostoli, & Beata Virgo, & si placet, Christus etiam Dominus, ut comparationis extremum geometrice quidem non arithmetice: quia impij pro suo gratia modulo non operati sint, minimum adhuc, quod poterant: cum illi, summum, quod, gratia ipsis collata, potuerunt, fuerint operati: aut eandem fidem, & penitentiam ab vno à Deo minoribus subdijs præuocato: imo necessario prærequiritis ad illas oratio, quam ab alio his omnibus præuocato exigere, & omissionem comparatiue reprehendere atque eius exemplo damnare, imprudens prorsus est, & iniquum.

9. Respondent tandem communiter cum Ioanne à S. Thoma citato: potestatem in Iudæis, quibus decreta, etiam conditionatum obiectione, desunt, equam fuisse ad fidem, penitentiam, atque Tyris, quibus illud adfuit, adfuisseque omnino absolutum si signa, & virtutes adhiberentur: quia decreta eiusmodi pro nullo futuritionis statu potestatem ad illas, aliudne actum liberum constituunt: sed, sufficientibus auxiliis solis constitutam, applicant ad actum infallibiliter pro statu, quo præstatum exercendum: vbi autem aqua est potestas reprehensio in abutentes illa comparatiue ad bene videntes eandem, vel aqua omnino potestate merito cadi permittimus, quod falso, & implicatorie supponit solutio, de aqua potestate, & eius adequata constitutione per auxilia sufficientia in horum præuocatum sententia, ut proxime indicauimus, & aliis in locis monstratur. Hoc tamen ita permisso, negari ab aduersariis nequit per hanc applicationem potestatis, aqualis etiam, per decretum antecedens de fide & penitentia Tyriorum infallibiliter physice, & metaphysice inducens eos ad illas, quibus, metaphysice etiam de se conexum est à Deo, melioris conditionis ex parte antecedentis euadere Tyrios ad fidem, & penitentiam, quam Iudæos, quibus ea applicatio ad infallibiliter eas habendas per decreta non adfuit: ut nequeant Iudæi per comparationem ad Tyrios prudenter, & iuste de eorum omissione reprehendi (siue ea decreta principia, potestates, siue applicationes voces, tamen ex parte principij se tenent: ad penitentiam, & fidem) ostenditur aperte: etsi enim coniunctio, & applicatio localis agentis ad passum agentis potestatem non constituit, sed supponit, eiusque solum modo applicatio per omnes sit: inepte, & inique reprehenderetur miles, quod prunis, & igne instructus, in quibus tota conturbandi potestas est, hostis distantia castra non succederit, quæ tamen non maiori igitur intructus miles castris hostis applicitus succedit, & tamen in sola applicatione, se tamen ex parte antecedentis tenente, ad castra comburenda, non autem in potestate actiua melioris conditionis est, quam distans ab hostis castris miles: ergo, etsi decretum non constituit, sed applicet, ut conditio, sine qua non, solum ex parte æquis primi potestatem aliunde constitutam ad penitentiam, & fidem, inique, & inepte ob harum omissionem reprehendi, qui illam defectu decreti applicationem non habuit, comparatione illius, qui non omisit aut non omittit, quia illam applicationem per decretum habuit, vel haberet.

10. Contra secundo: quia inique, & imprudenter reprehenderetur demon quod Deum non amet, sed odio prorsus habeat, comparatione Christi, & Beatissimæ Virginis, aut præstantissimi alicuius sancti (puta Apostoli Petri aut Pauli aut Ioannis Baptiste, qui Deum ardenter amant) præcis omnibus, quæ in his physicam, aut metaphysicam ad eum amandum necessitatem (si quæ eius generis fuerint) aut infallibilitatem inducebant, & moralem, ut summum eis ad Dei amorem, siue necessitatem siue infallibilitatem adducebant: v. g. eur Satban Deum non amans, tot bonis à Deo priuatus, torque malis, & ærumnis ab ipso afflicus: torque diris deuotus, & panis ab eodem excarnificatus: cum Ioannes Baptista, vel Diuipara, eiusque filius tot donis, & gratiæ infusa scientiæ Dei perfectiones euidenter proponens suauissimam, & intensissimam affectionum indeliberatarum &c. ita præuocata, ut moralem habeat necessitatem ad ipsum amandum,

amandam, ac non odio habendum, licet habeat (sicut tu) physicam ad oppositum potestatem. Non ne ridendus merito esset, qui ita de omissione amoris in Deum odii- que in ipsum appositione demonem comparative ad Baptistam vel Deiparam reprehenderet: citius ergo, & potius ridendus, in aduersariorum doctrina de praequisitis decretis, ad quemvis penitentia, & fidei futuritionis statum cum ea siue per modum potestatis, siue per modum praeuiae applicationis requisita ad illas non moralem solum sed physicam, & metaphysicam fidei, & penitentia, pro suo vniuersumque statu, necessitatem, siue infallibilitatem earum afferant, eorumque negatio necessariam siue infallibilem illarum negationem inducat. Denique videntur haec omnia, & impugnantur solutio: quia Deus ex se omittens decretum, siue quo impossibilis est penitentia, & fides Iudeorum, hanc in eis impedit, sicut in Tyrhis illud de se ponens in eis illam apponeret: est autem ineptum in eo reprehendere omissionem actus, quem impedis in illo, comparatione alterius, quem laudas, & praeter ob actum quem tu in ipso apponis.

11. Cum ergo videant aduersarij aegre, imo (ne aegre quidem) posse ab hoc argumento se expedire, eius difficultatem communem nobis etiam esse contendunt. Negare siquidem (inquiunt) minime possumus Tyrhis consensuros sub eis signis, & vocatione, seu auxilio efficaci (in quocumque demum eius efficacia consistat) quod Iudaei eorum comparatione minime habuerunt. Item sub eisdem signis, & auxilio sufficienti, quod solum habuere Iudaei, minime in fidem, & penitentiam consensuros, sicuti neque Iudaei consenserunt: certum item, nobis etiam, est donationem auxilij efficacis Tyrhis sub eis signis, & eius denegationem, seu solius sufficientis collationem Iudaeis e libera solum, & gratuita Dei voluntate (ne in Pelagianismum, aut Semipelagianismum abeamus) omnino pendere: ex his autem in nostra, & Catholica doctrina stans, ac certis, idem argumentum contra aequitatem, & prudentiam reprehensionis Iudeorum praeter Tyrhis sub eisdem signis credituris, & acturis penitentiam, quibus exhibitis, nec crediderunt, nec penitentiam egerunt Iudaei aperte conficitur. Ad manum quippe responsum, imo & contra reprehensorem habent querelam: quod ipsi sub eis signis sufficientia solum auxilio à Deo pro libito ita statuere habuerint; non autem efficacia, quae cum eis signis à Deo Tyrhis darentur, & quibus, si ipsi darentur dubio procul in fidem, & penitentiam aequae ipsi consentirent.

12. Sed tamen cum reprehensio Christi non fuerit, ut patet ex textu ob statum, in quo constituti à Deo ob eius arbitrium sunt; sed ob eius malum vsum auxiliorum eis donatorum à Deo, atque in nostra opinione auxiliorum efficacia intrinseca non sit, neque ex parte principij ad sui futuritionem, siue conditionatam, siue absolutam consensus, & boni, vel mali vsum auxiliorum decretum Dei efficax, siue praefinitio necessario connexa cum consensu requiratur; sed cum eadem vocatione vnus consentiat, alter vero non consentiat ob suam voluntatis arbitrium, bonumque vel malum eius vsum, recte Iudaei ob malum vsum reprehenduntur ex comparatione ad Tyrhis, qui eadem, vel simili vocatione à Deo sub eis signis donandi bene vreverunt; male vero in necessario praefinitientium doctrina. Adde etiam ob statum illum inefficacis auxilij, in quo à Deo constituti sunt bene posse in nostra doctrina, & iuste praeter Tyrhis sagillari: cum enim auxilij efficacia, vel inefficacia, eiusque cognitio, & scientia diuina ex bono, vel malo vsum libero voluntatis eorum, saltem conditionato, dependeat: qui status ordine causalitatis ab absoluto dependet (si enim posito auxilio consentiant verum omnino esset, quod, si poneretur consentirent) quod illud auxilium eis collatum efficax non fuerit, neque tale à Deo cognitum, penes malum tandem eorum vsum omnino est: quod autem sub auxilio alio, si eis cum signis illis darentur, essent consensuri, & tamen eis datum non fuit, sicuti nec Tyrhis aliud sub quo non consensuri fuere à Deo praenisi, penes Dei absolutum gratiae suae dominium, summumque arbitrium est: ob quae nec Tyrhis auxilium, sub quo praenisi consensuri sunt, imo nec signa illa, & sufficientes auxilium cum illis datum est: quae tamen data sunt Iudaeis ea vero omnia ex eis sunt, de quibus, ut ait Apostolus dicere Deo nemo potest, cur ita facis? idem argu-

mentum eisdem ponderationibus, & similibus euasione praeclosureibus contra necessitatem Thomisticam decreti absoluti ex parte actus, & conditionati ex parte obiecti ad contingentis conditionatam futuritionem ex illa conditionata obedientia praedicationi, & prophetis Ezechij, à Deo praenuntiata illis verbis: *si ad illi: mittere, ipsi audirent te*: quod dixit comparative etiam ad inobedientiam Iudeorum praedicationi eadem, quae vero ad haec loca respondit Caramuel confutauimus abunde d. 9. qu. 2. cert. 9.

CERTAMEN VI.

Uterior decretorum eiusmodi ex scriptura, & auctoritate Patrum consutatio.

1. Alterum scripturae testimonium sit ex illo Sap. 4. *Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius* ex quo, d. 5. q. 2. Deum certo, & infallibiliter futura contingentia conditionata praenolle praedictis non admodum Recentium Thomistarum euasionebus ostendebamus: eorum futura eius immaure correpti peccata conditionata, si diutius uiueret, nequeunt à praedictione, seu decreto efficaci actuali de illis sub diuturnioris vitae conditione futuris omnino esse: ergo futuritio conditionata contingens futuri conditionato, & talis sit, decreto actuali absoluto subiectiue, & conditionato obiectiue opus non habet. Patet consequentia. Nam peccata illa contingens in statu futuritionis conditionata sunt, absque vilo eiusmodi decreto subiectiue, siue ex parte actus absoluto, obiectiue vero, seu ex parte obiecti, conditionato, si vera est syllogismi efformati minor. Eam autem veram esse constat primo. Quia Deus peccata hominum, aut Angelorum siue vniuersim creatura cuiusvis rationalis, adhuc, quoad materiale, pro statu vilo non praefinit, potestue praefinire: ut de futuris absolute peccatis, controu. 3. a. 2. aperte ostendimus: ex quibus ad futura conditionata euidens est consequentia praefinitioem negatiua. Tum, quia ex praefinitione conditionata obiectiue, subiectiue vero absoluta, pro casu purificationis conditionis, absoluta omnino peccati, quoad materiale, euidenter inferitur: quare ab huius consequentis negatione, ad negationem antecedentis consequentia tenet. Tum, quia status conditionata futuritionis contingentium actuali absoluto, decreto, quam status futuritionis absolute eorum, minus habet opus, ut de se elaret, superiusque animaduerti: tum denique, quia, cum futuritionis conditionata status amplior status futuritionis absolute sit, eoque maioris vniuersalitatatis, praecedentia prior eiusmodi decreti pro statu futuritionis conditionata contingentium absoluta ex parte actus praefinitio eorum libertati omni signo prioritatis, etiam anteriori ad absolutum officiet.

2. Dicet ex Aluarez 7. de auxilijs nu. 24. Peccatum immaure correpti fore sub diuturnioris vitae conditione à decreto conferendi ita correpto auxilia efficacia, siue persuerantia: donum vique ad instantis determinatum, quod fuit vitae ita correpti postremum; sed certe nihil in eo decreto claudatur aliud de non conferendo auxilio efficaci, seu physica praedeterminatione ad vitandum peccatum, vel potius illam conferendi ad materiale peccati, si diutius uiuat (id quod impugnatur proxime est & quicquid vltius, & fufius impugnabitur) est solutio insufficientis. Quod autem decretum hoc postremum vltius claudi debeat, & à Dei decreto actuali sit sub conditione diuturnioris vitae immaure correpti peccatum, si ad conditionatam eius futuritionem decreto actuali absoluto saltem subiectiue opus sit: probatur: quia praefinitio ad absolutum decretum conferendi auxilium efficax, ex omnino absoluto decreto conferendi auxilium efficax, seu physicam praedeterminationem ad non peccandum vique ad finem vitae, quae fuit, immaure correpti, non est determinate futurum peccatum eius sub conditione, quod vltius uiueret, neque proxime neque remote: potest siquidem adhuc Deus ex vi eius decreti praefinitioem de-